



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 95. Principum Gallorum exercitus in aciem eductus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

qui pro officii sui ratione obstiterat, in-  
 festa manu trucidatur. Excanduit ad  
 facinus Burdegalenſis Senatus, qui nu-  
 peræ contentionis haud immemor, &  
 de oblata ulciſcendi occasione lætus,  
 ſolemni ad Regem Legatione palam  
 querebatur, violatum eſſe juſ publi-  
 cum, atque a Præſule temerata Regiſ  
 auctoritatem, cæſamque a Paſtore  
 ovem: Nec his contentus Burdegalen-  
 ſis Senatus, inſuper prævento Regiſ  
 judicio Archiepiſcopum, præmiſſa tri-  
 na citatione, tanquam contumaciæ  
 reum damnat, eique manus injicere,  
 atque ipſius bona invadere parat: Ve-  
 rum Ludovicus Rex Henrici IV. Patris  
 ſui exemplum ſecutus, uſurpatam Se-  
 natus ſui juſdictionem in Clericos re-  
 primebat, cauſſamque ad ſe devolutam  
 declarabat, paulo poſt ipſum Archiepi-  
 ſcopum Regio reſcripto abſolvens, die  
 decima ſeptima Decembris Burdegala  
 Pariſios reverſus eſt.

§. XCV.

*Principum Gallorum exercitus in  
 aciem educus.*

Cum interea hæc Burdegalæ gereren-  
 tur, conjurati Principes exercitum  
 ſuum, ductore Bullionio Duce Calvi-  
 niſta, Novioduni contraxere: Raræ  
 Hiſt. Eccleſ. Tom. LV. Ee erant

Sæc. XVII.  
 A.C. 1615.  
 Vid. Supra  
 Lib.  
 CLXXXVI  
 §. 3. p. 244.

Serran.  
 Franc. Hiſt.  
 invent.  
 pag. 93r.  
 Gramond.



Sæc. XVII. erant illis legiones, fortuitus miles,  
 A. C. 1615. parumque expedita manus, equitibus  
 tamen valebat exercitus, cui præci-  
 pue vires erant a Tingrii Luxemburgi  
 Principis, & Bullionii Marescalli co-  
 piis. Jam a Rege defecerat Picardia  
 ferme omnis; ac Condæus Creillum  
 urbem, quam antea infederat Busco-  
 delphinus Marescallus, inopino impetu  
 occupat, captoque Theodorici castello  
 Merium oppidum transportandis belli  
 tormentis valde opportunum expugnat,  
 hacque occasione usus, Sequanam tra-  
 jicit: cuncta demum, ut nascente se-  
 ditione fieri amat, ex voto foederatis  
 cedunt primo conatu Victoribus: Oc-  
 currit quidem Buscodelphinus cum mi-  
 lite veterano, Condæum, ne Joam  
 amnem transfret, impediturus, sed hu-  
 jus celeritas Marescalli regii solertiam  
 elusit; Princeps enim vadum nactus  
 paulo supra Divi Juliani oppidum am-  
 nem transit. Buscodelphino quidem  
 crimini datum est, sex ab hoste amnes  
 impune fuisse superatos, sed hic præ-  
 lio se prohibitum, datamque hanc bel-  
 landi legem obtendebat, ut hostem  
 velitationibus fatigando, non autem  
 ad prælium provocando obsisteret. Ubi  
 vero ad ripam Ligeris pervenerant fœ-  
 derati, sese Vicedomini Carnotensis,  
 Ducisque Vindocinensis copiis conjun-  
 gebant;

*Hist. Gall.*

*l. 2.*

*Calmet hist.*

*Univ. l. 151.*



gebant; in opem quoque accurrerant Sæc. XVII.  
 Germani Equites sexcenti a Protestan- A. C. 1615.  
 tibus submissi, qui cæsis Ranellii regii  
 Præfecti copiis ad Condæi castra pro-  
 cesserunt,

## §. XCVI.

*Regis edictum contra Condæum Prin-  
cipem, ipsiusque Socios.*

Ipsa severitatis dilatione, temporisque Gramond.  
 mora Principum facta ac pertinacia l. c. Calmet  
 indies invalescebat, quocirca Franciæ Hist. Univ.  
 Rex die decima Septembris edictum num. 85.  
 promulgari iussit, quo declaratum;  
 Condæum Principem, ceterosque sibi  
 adhærentes esse contumaces, rebelles,  
 læsæque Majestatis reos, proin contra  
 ipsos, eorum bona, famam & posteros  
 legum severitate esse procedendum, ni  
 ab hujus edicti promulgatione intra u-  
 nius Mensis spatium cognito errore Re-  
 gis clementiam exorarint. Huic vero  
 diplomati intercessit Parisiensis Curia il-  
 ludque in acta referre distulit, quam-  
 vis non multo post typis mandatum  
 prodierit ejusdem Curiae decretum,  
 quod tamen omnino supposititium, nul-  
 loque Parlamenti assensu vulgatum  
 fuisse constabat: quocirca Condæus ve-  
 hementiori ira commotus, declarabat,  
 vindicandam esse ferro audaciam illo-  
 rum,